



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 15. Nemorsius, & Joyosa Duces in gratiam Regis recepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

citost adeo religiose observari voluit, ut **Sæcul. XVI.**
 tunc, cum illorum quosdam in Sueffio- **A.C. 1596.**
 nensi curia nonnullis conditionibus limi-
 tari comperiret, novo diplomate præ-
 ciperet, quatenus Dux gratiis sibi con-
 cessis plene frui permitteretur: hac igi-
 tur Regis liberalitate, generosique ani-
 mi testificatione expugnatus Maduanus
 Dux ab eo temporis momento omnibus
 factionibus nuntium mittebat, atque
 obtenta Regem adeundi venia Sueffio-
 ne Moncellum contendit, ibidem Hen-
 rico dexteram deosculaturus, a quo e-
 tiam perbenigne exceptus, post amicos
 utrinque amplexus in castra ad Feram
 deductus est.

§. XV.

*Nemorsius, & Joyosa Duces in gra-
 tiam Regis recepti.*

Stabilita hac Maduani Ducis reconciliacione Henricus Rex cum nullum **T. u. l. c.**
Spond. n. 10.
 sibi a Burgundis ultra periculum esset,
 faciliiori negotio Provinciales ad officium
 redigere poterat, præcipue postquam
 Henricus Sabaudus Nemorsius, & Hen-
 ricus Joyosa Duces, qui inter foederatos
 magnum sibi nomen conciliaverant, Re-
 gis gratiam imploraturi venerant. Ergo
 eodem Mense Januario itidem Folem-
 bræi speciale promulgatur edictum, vi
 cuius præteriorum venia utriusque con-
 cessa

Sæcul. XVI. cessa insuper Nemorsio promissum fuit,
A.C. 1596 eum haud ultra in jus vocandum esse
propter auream Caroli Calvi Cæsaris
coronam, quam in sancti Dionysii tem-
plo religiose asservatam præter alia pre-
tiosa in usus belli conflari, ac distrahi
jusserat: præterea eidem indultum, ut
Curia Regis jussu translata Monbrison-
ium revocaretur, urbique pristina pri-
vilegia confirmarentur, atque ejus pos-
sessions, quas in Sabaudiæ finibus te-
norbatur, Rex in suum patrocinium susci-
peret, ipse vero Dux generalem Ar-
vernorum, Segusianorum, & Velau-
riorum administrationem retineret, ac
particulares harum Urbium gubernato-
res in suo munere confirmare posset,
dummodo hi quantocius sese jurata fide
Regi submitterent. Ceterum Joyosa
speciali edito Franciæ Marescallus, ac
supremus Occidaniæ Vicarius nomina-
batur, addita declaratione, quod hic
Dux omnia, quæcunque tempore belli e-
gisset, non nisi ex Religionis Catholicæ Ze-
lo fecisset, nec unquam aliud præter fi-
dei studium in mente habuisset: deni-
que Tolosa, aliisque urbibus, quas Jo-
yosa in Occidania occupaverat, in Re-
gis obsequium redeuntibus sanctum est,
ut Senatus, qui ad Saracenorum ca-
strum secesserat, Tolosam reverteretur,
Protestantes vero prope Tolosam cæ-
tus

tus suos celebrare, aut Alethi, Auriaci, **Sæc. XVI.**
 & Montesquii convenire prohiberentur, **A.C. 1596.**
 ex adverso autem Religionis Catholicæ
 cultus in omnibus locis, ubi antea eli-
 minatus est, præprimis restauraretur.

§. XVI.

*Albertus Austriacus Cardinalis a Phi-
 lippo II. Belgii Gubernator
 nominatus.*

Sub idem tempus benignior pariter in *Thu. l. 114.*

Belgio tranquillitatis aura spirare
 videbatur; spes enim affulserat, quod
 Mauritius Arausionensis Principis fra-
 ter, ac Belgii Ordines ad pacis consilia
 propensum præseferrent animum: quo-
 circa Philippus II. Hispanæ Rex, cum
 Ernestus anno priori Bruxellis dece-
 sisset, Albertum Cardinalem ejus Fra-
 trem in Belgii Gubernatorem nomina-
 bat, eique Philippum Guilielmi Nassou-
 vii Filium Arausionensem Principem,
 quem Rex per multos jam annos capti-
 vum detinuerat, libertati redditum, ac
 velleris aurei torque donatum, itineris
 socium adjungebat, spe fretus, quod
 ejus opera tumultus in Belgio penitus
 sopirentur, cum Belgæ hujus Principis
 Patrem tam propenso olim favore pro-
 secuti fuissent: igitur Albertus ex Hi-
 spania in Italiam delatus, quamprimum
 Genuam appulerat, mox præfatum

Hist. Eccles. Tom. LII. C Arau-